non fortuito *ἂν τύχη*, sed omnino *φευκτὰ* sunt. 39. *οὕτως*] recte Bekk. coniecit *αὐτῶ*, quamvis si *οὕτως* scripsit idem significetur, scil. ut *πρὸς αὐτὸν* sit bonum. p. 1237, 4. *ἄνθρωπος ὢν*] quid nominativus? ante verba *εὐθέτως δὲ καὶ πρὸ ὁδοῦ* plura exciderunt, e quibus evaderet conclusio *ἀνάγκη εἶναι τὰ καλὰ ἡδέα*. 14. puto sic cohaerere verba *καὶ τὸ καλὸν τοιοῦτον* scil. *ἀπλῶς ὠφέλιμον*, tum quaedam desiderantur. v. c. *οἶον τὸ*. 16. *ἔστω*] imo *ἔστι*. 21. haec omnia corrupta, neque quomodo sint restituenda video. [nonne hoc vult autor *καὶ ἐν ποτέρῳ ποτ' ἔστι τὸ φιλεῖν [καὶ] πότερον ὅτι ἀγαθὸς κἂν εἰ μὴ ἡδὺς ἢ οὐ, ἀλλὰ διὰ τοῦτο;*] 23. nonne *φιλεῖν* excidit, cf. v. 30, p. 1236 b, 35? facile intelligi potest. p. 1237 b, 7. *ἀγαπᾶται γὰρ τὸ εὐνοεῖν, συζῆ δὲ μὴ*] quis graece ita dixit pro *οὐ συζῆ δέ?* 26. *ἂν δεῖ*] scrib. *ἔδει*. p. 1238, 7. nonne hic loci corrupti sensus est: *ὥστε ὅς ἐστιν ἀπλῶς ἀγαθὸς καὶ ἄλλω, ἀπλῶς μὲν ὅτι σπουδαῖος, ἄλλω δ' ἀγαθὸς ὅτι χρήσιμος*. 20. *χρήσιμον τυχόν. ὅ*] Aldus *χρήσιμον ἀτυχ* ὅ ut plura deesse credas, sic saepe fallunt principes editiones in his rebus et nullam fidem merentur. 36. nonne *φάυλους ἢ φάυλοι μηδέτεροι*. p. 1238 b, 1. *ἢ οὐδέτεροι*] non intelligo. 6. *τὰ ἀπλᾶ*] imo *τὰ ἀπλῶς* et v. 7 *ἀπλῶς ἀγαθῶν* pro *ἀπλῶν*. *ἢ πενία*] scrib. *εἰ* haec enim est illa conditio. 13. *σπουδαῖοι*] recte *P σπουδαίω* scil. *οἱ φάυλοι* et *οἱ μὴ σπουδαῖοι*, id si probas, necessario *εἶεν ἂν* cum vulg. reponendum. 23. *ἄλλη] ἄλλην P* puto *ἄλλαι*, et fort. *καὶ* add. 25. *ἢ δὲ εὐεργέτου*] insere *ὡς*. 27. *τῶ ἀντιφιλεῖσθαι*] fort. *ἀντιφιλεῖ. καὶ ἀρχομένῳ*] aut delenda sunt aut scrib. *ὁ ἀρχόμενος*. 30. *οὐδὲν*] quid hoc? nonne delendum. 37. *τῆς*] cuius? an *αὐτοῖς*? tum *εὐρηξε νεῖκος*? Nic. VIII, 5. p. 1239, 6. *φιλεῖ δέ γε καὶ φιλεῖται*] man kann nicht sagen, er sei φίλος, aber das Verbum gilt, er liebt und wird geliebt. nonne *δέ τε καὶ*? 11. nullum adest verbum ad *τὰ δέ*, adde mirum *αἰ* in quo ipso necessitatis notio desideratur, fort. igitur *ὑπεροχὴν δεῖ τὸν*. 15. *ὥσπερ ἐν ξύλου σταθμῶ ἀλλ' ἐν χρυσίῳ*] nonne *χρυσίου*? 20. *τὸ ἀντιφιλεῖν δ' ἐστὶν ἄνευ τοῦ φίλους εἶναι*] num hoc verum est? nonne *δ' οὐκ ἐστὶν*. 31. *τῆς . . ἡδονῆς*] scrib. *τῆ . . ἡδονῆ*] scil. *χαίρων*. p. 1239 b, 1. *συμπεριλαμβανόντων*] scrib. *συμπααραλαμβανόντων* vid. ad p. 1235, 5. 13. *μεταβάλλεται*] nonne *μεταβάλλει*? 31. Nic. VIII, 10 fine. *διὸ οὐ τῶ*] fort. *διὰ τὸ οὕτω*. 37. *ἐπιθυμία οὐκ*] nonne *ὅτι* inserendum? p. 1240, 6. *οἱ τε*

φίλοι] nonne *τε* delendum? nam sensus esse videtur, *λέγονται οἱ φίλοι καὶ φιλοῦντες καὶ φιλούμενοι*. 15. *δι' ἃ . . οὗτος*] scrib. *δι' ἃ . . οὕτως* posterius ex *P*, tum *φίλος ὡς ἐπὶ . . εἴρηται*. 16. *ἐκῶν ἢ ἄκων*] scrib. *ἐκῶν καὶ ἄκων*. 18. *ὅμοιον*] scrib. *ὅμοια*. 20. *διηρημένων*] scrib. *διηρημένοις*. tum *εἰ δὴ δύο*. Nic. 1166, 35. 22. *ὡς οἱ λοιποὶ*] *ὡς* includit Bekkerus, recte quidem, sed fort. est *εἰσιν* vel *ὅσοι λοιποί*. 27. *μὴ τῷ τὸ εἶναι τούτῳ ἂν δόξειεν*] locus ex *P* suppletus, Aldus *μὴ τὸ δόξειε* duorum fere versuum vacuo spatio relicto. sensus ni fallor est: qui eum cuius mortui bona dividere potest, salvum cupit, hunc amare videtur, ergo certum videtur *τῷ μὴ εἶναι, τούτῳ ἂν*, et accusativum *τούτῳ* necessario dativus *ᾧ* v. 26 et 28 requirit; de iis, quae praecedunt *κἂν εἰ μὴ διανεμῶν* incertus haereo. 30. *δὴ*] imo *δέ*. 31. *ὁ μὲν*] ita et Aldus Sylb. *οἱ . . οἱ δέ*. Tauchn. recte quod *ἑαυτοῖς* docet, et add. fort. *ἦ*. 32. *οἱ δέ τὸ*] scrib. *οἱ δέ ἂν μὴ τὸ*. 37. *μάλιστα τε*] *τε* del., neque *γε* scrib. 39. *ὅτι μὴ ἐγγύτατα*] *μὴ* delend. p. 1240 b, 3. *καὶ μὴ μίαν φιλίαν*] dele *μὴ*, ut saltem evadat sententia, sed haud dubie aliud latet quod non intelligo. 6. *οὐδὲ χάριτος οὐδὲ λέγει ὅτι ἐποίησεν ἢ εἰς*] corrupta haec quae vix intelligas; quae sequuntur *δοκεῖ γὰρ . . φιλεῖν*, sana quidem sunt, sed parum apto loco posita videntur; supra enim quid sit inter *βούλεσθαι φιλεῖν* et *φιλεῖν* VII, 2, 1237 b, 18 exposuit. omnino mirum e sex locis primum multis confirmari, reliquos quinque solo verbo indicari ut *τὸ εἶναι, τὸ συζῆν*, sed hoc autoris negligentia factum est; ergo locus corrigendo et interpretando adiuvandus est. res eadem in Nicom. IX, 4 *φιλίαν* omnem derivatam esse ex amore erga se ipsum, wer sich selbst Gutes gethan hat, sagt es nicht aus und verkündet es, wie man das so gerne thut, wenn man Anderen etwas gewährt, und rühmt sich dessen, denn damit beweist man mehr das *φιλεῖν βούλεσθαι*, als das wirkliche *φιλεῖν*. fort. *οὐδὲ χάριτας [οὐδέ] λέγει*. 15. *ὄρεκτὸς αὐτὸς αὐτῷ*] imo *αὐτοῦ*. 19. *ὅτι γὰρ πῆ ὅμοιος*] postremum recte Bekkerus pro *ὅμοιοι*, sed reliqua sic refinge: *ἔστι γὰρ ἦ*. 23. *ὁ μεταληπτικὸς*] scrib. *ὁ μεταμελητικὸς*. Nic. IX, 4. 1166, 29 et b, 24 de eadem re ibi *ἀμεταμέλητος* (iam Casaubonus). p. 1240 b, 32. deest negatio, sed nescio ubi interponatur, fort. *ζώων οὐ. οἶον*. 34. *δ' ἦ*] nonne *δὴ*. 37. *συγγενεῖς ἔτι*] *ἔτι συγγ. P*

malim *εἰσι συγγ.* praecedentem varietatem cod. *P* διαφέρονται omisso *καὶ* qui codex in his libris maximae est autoritatis, non intelligo.

VII, 7. p. 1241, 5. *ἐν τῇ χρησίμῃ*] sic 1243, 2, sed v. 7 *τῆς χρησίμου*, v. 35 *χρησίμη* talis inest inconstantia. 6. *χρήσιμον*] scrib. *χρησίσιμος*, supra male desiderari οὐτ' ἐν τῇ κατ' ἀρετὴν censet Sylburg. p. 289, non vidit v. 10 *ἡθικὴν φιλίαν* id significare atque in hac primaria amicitia versari benevolentiam. ex Nic. bis tantum si recte memini VIII 15 et alio sensu. 7. *ὥσπερ καὶ ἡ εὐνοια οὐκ αὐτοῦ εὐνοια*] sic Bekk. sed tria postrema verba om. *P*. Aldus atque ceteri *ὥσπερ καὶ ἡ οὐκ αὐτοῦ εὐνοια* non male iam Aretinum supplesse video *φιλία* ap. Sylb. nisi accuratius sit reddendum *καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν φιλία*.

8. *εὐνοϊζομένου*] quaere an verbum sit iustum, nec lateat *εὐνοϊαν χαριζομένου*. 9. *εἰ δ' ἦν ἐν τῇ τοῦ ἡδέος φιλία*] scrib. *εἴτ' ἦν . . φιλία* quod Sylburgium non correxisse miror. 15. *δοκοῦσι γὰρ*] transit ad alteram notionem *ὁμόνοιαν* finita et absoluta *εὐνοία*. ergo γὰρ stare nequit, exspectamus δέ; at videtur potius esse vitium *ὁμοιοτελεύτου* et excidisse tale quid quod in M. Mor. II, 12 *ἡ δ' ὁμόνοιά ἐστι μὲν σύγγυς τῇ φιλίᾳ*. 17. cur *ἡ φιλική*? male additum ex Nic. IX, 6.

18. haec omnia corrupta sunt, quorum sensus, si quid video, hic fere fuisse videtur, *εἰ δὲ μόνος, ὁμονοεῖ καὶ κατὰ διάνοιαν καὶ κατὰ ὄρεξιν. ἐστὶ γὰρ ἐναντίον τὸ νοοῦν καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν* nam de homine dicit haec secum ipso *ὁμονοοῦντι* ut *ἀκρατοῦς* docet exemplum. 20. *τοῦτο οὐ*] libri, οὐ Bekk., at contra linguam, scrib. *ταῦτα ἄ* vel *τοῦτο ὁ*. 22. *γὰρ*] scrib. *γὰρ*, non *δέ*. 23. *δέ*] scrib. *δή*, nam concludit.

VII, 8, 35. ex Nic. IX, 7 ubi haec multo melius et accuratius excussa sunt. 40. *φυσικὸν*] Nic. *φυσικώτερον*. p. 1241 b, 1. *δή*] nonne *δέ*? 5. recte delevit Bekkerus translata ex v. 7. 3. nonne τὰ necessarium est? vel potius *καὶ τοῦ τὸν γεννήσαντα τὰ γεννώμενα*.

VII, 9, 12. *ἰσότης ἢ φιλότης*] del. artic. ut supra p. 1240 b, 2. 20. haec non intelligo, corrupta sunt. ea ex Nicom. VIII, 13 sub finem; dele *οὐδὲν* ante *οὐδὲ*, servus, corpus etc. pertinet ad unum ad *ψυχὴν, δεσπότην*, est quasi organon. non vero altera pars, ergo subiecta haec sunt. sed non perspicio v. 22 *τὸ ἀμφοτέρων* — *ὄργανον ἀφαιρετὸν*, melius in Nic. *ὄργ. ἔμψυχον* ut oppositio evadat et traductio vid. p. 1242, 13—19. 28 ubi h. l. laudat, unde sane noster et explicandus et emendandus.

25. ἦ del. Nic. VIII, 1 fine. 26. ἔτι πολιτεῖαι] nil significat, et fort. varietas est seqq. αἱ δὲ πολιτεῖαι. 27. οἰκειοῖς] scrib. οἰκίαις p. 1242 b, 1. 29. τῶν] del. 37. ἀριστοκρατικὴ ἀρίστη] del. ἀρίστη.

VII, 10. p. 1242, 1. δὲ] imo δὴ. 6. πρεσβείων] πρέσβειον *P* haud dubie melius, sed sensum non recte intelligo. 8. αὐτάρκη] corruptum, αὐταρκεῖν Isingr. quod ego conieci, αὐτάρκεις εἶναι Sylb. quidni etiam αὐταρκες? 9. quomodo ἢ παρ' αὐτὴν παρέμβασις? nonne et ἀδελφῶν?

13. συνῆλθον] scrib. συνῆλθεν. 17. scrib. et distingue: ἐστὶ καὶ τὸ τρυπάνῳ et ita sane *P*. 23. οἰκονομικὸν] scrib. κοινωνικὸν sed totus locus corruptissimus. Ald. ὁ γὰρ ἀνθρώπου μόνον οὐ πολιτικὸς, et fort. ita omnes libri, quamvis Bekk. de οὐ πολιτικὸς taceat. Cur deinde ποτε? At quid sibi volunt verba ἀλλ' αἱ διάδουμον αὐλικόν. Haud dubie leviter corrupta, v. c. ἀλλὰ ἰδίᾳ οὐ μοναυλικὸν homo non μόνουλος vel μοναύλιος, quaere. p. 1242 b, 7. ἀνεστραμμένως] scr. ἀντεστραμμένως et sic *M*. 13. εἰσήνεγκεν] scrib. εἰσήνεγκαν. 21. κατ' ἴσα] scrib. ἴσον. 28. οὔτε τὸ φυσικὸν οὔτε τὸ βασιλικὸν] at haec nulla est oppositio, in vulg. deest ὡς quod Bekk. dedit. 30. τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τῆς λειπ] cur genitivus? 35. scrib. ὅταν μὲν οὖν καθ' ὁμολογίαν (ἢ), ἢ πολ. αὕτη φιλία νομικὴ deleto καὶ quod nullam habet sedem. 37. μάλιστα ἐγκλημα] scrib. μάλιστα τὰ ἐγκλήματα. de re vid. Nic. VIII, 15 unde omnia hausta sunt. p. 1243, 2. ἐν τῇ χρησίμῃ τῶν τριῶν πλεῖστα ἐγκλήματα] articulus abesse non potest, et fort. πλεῖστα τὰ ἐγκλ. pro τὰ πλεῖστα. 3. scrib. ἀνέγκλητος. 10. οὐ πέφυκε] quid hoc? bonis non est δίκαιον? imo his est semper erit, corruptum est et latet, nescio quid. num αὐτοῖς πέφυκε δικαίοις εἶναι. 11. καὶ τοῖς συναλλάττουσιν] inepta καὶ τοῖς, nam verbum non est participium, sie schliessen Verträge als ἀγαθοὶ. sed *P* καὶ τῆς τοῖς, in Nicom. est τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. num hoc idem reddendum est? 15. τὸν δίκαιον] scrib. τὸ. 16. ποῖον ἢ] scrib. ποῖον ἦν τῷ πεπονθότι, ita ut alterum membrum nunc quidem omitteret autor ἢ πρὸς τὴν προαίρεσιν vid. v. 30. 16. ἐνδέχεται δ' . . ἐνδέχεται γὰρ καὶ] imo vice versa ἐνδέχεται γὰρ . . ἐνδ. δὲ καὶ. 25. καὶ ἀμφιεβ.] nonne καὶ del.? ex metalepsi. 31. διέπωνται] poëticum verbum et media forma insuetum. Aliud latet, διείπονται *P*, sed idem verbum b. 7 διείποντο ihr Geschäft abmachen. 36. ὡς] ὡς οἱ non male *P*. de sententia vid. ad Rhet. II, 23. nr. 15.

p. 1243 b, 4. *ὡς ἂν ἐλυσιπέλει*] *ἂν* non intelligo, *ἐλυσιπέλ* *P*, num *λυσιπελή*? sed equidem malim *ὕσον ἐλυσιπέλει*. 5 seqq. haec corrupta; nonne coniungenda *λόγους ὁμοίως καὶ*. neque stare potest *ὡς ἡθικῶς* pro adiectivo neque *τινα* intelligo. an illa verba conhaerent cum *δεῖ χρίνειν*. talpa sum. Aldus *ὑποκρινόμεν μηδέτερον*. cf. Nic. IX, 3. fort. *διείπορτο ὡς (ἐχοῖν), ἡθικῶς δεῖ*. 15. *ἰδεῖν*] non intelligo. 16. *χαλεπόν*] abundat, neque *ἀλλὰ* add. 18. *ὡς τὸν ἡδὺν*] del. *τὸν*. 23. *Πρόδιζος*] *ἡρόδιζος* conieci in Artium script. p. 94 nec alii improbarunt. 25. distingue *ἀποδιδόναι, αὐτὸν αὐτὸν* scil. pecuniam. 29. *τὸ*] imo *τῷ* etiam v. 31 Ald. *τὸ ἀνάλογον*. 35. *ἡμισυ*] egregie sic *M*, ut videtur, cum *ἡμῖν* ex *P* datur, at ita vulg. ergo fort. *P* etiam h. l. egregium illud habet.

VII, 11, p. 1244, 9. *διὼ*] scrib. *ὶ δ'*. 12. *ἔργον*] *ἔργων P* et vulg. cf. Matth. inc. 92. p. 383. Musgr. *ἐκεῖνος ἔργ' ἃ καὶ παρῆσχετο*. quid *αἱ* potius *ἔργον ὅς*? Nicom. IX, 2. unde v. 14 sumptus ibi et vocab. *ἔργωδέστερον*. 16. corrupta haec usque ad finem, ut raro certa inveniam, etiamsi verba sint aperta. quid *οὐχὶ*, cur *συζῆν*, modo *εὖ ζῆν*? utroque loco illud sane restituendum, quid v. 17 *οὐδ' ᾧ τοίνυν*? v. 23 monstrum *ὁποῖος δεῖ*, et sic plurima. v. 21 hoc dicit: *τῷ χρησίμῳ* qui beneficia in te contulit, similia redde, *τῷ ἡδεῖ* vero ea quae *ἡδονὴν* ostendant et praebeant, neque contraria referas. *τῷ μὲν γὰρ χρησίμῳ . . καὶ ὁποῖα δεῖ τοῦτο γὰρ . . ἄλλω τὸ συζῆν τῷ καθ' ἡδονὴν τὸ συναλφεῖν . .*

VII, 12, p. 1244 b, 3. ex Nic. IX, 9. *πότερον εἶη* Aldus cum verbi lacuna *ἦ ἔσται*. apud eundem propter similiter cadens verba *φίλος εἰ κατ' ἐνδειαν ζητεῖται* exciderunt. meliora docent codices, sed pauca abesse videntur v. c. *τούτῳ [ἀναγκαῖος] φίλος, ἐπεὶ εἰ κατ' . . φίλος καὶ ἔστιν ὁ ἀγαθὸς αὐτ. ἦ ὁ . .* in quibus *ἐπεὶ* quoque abesse potest; saepius enim male in nostro sententiae nude adhaerent nulla coniunctione addita, ut his v. c. pro *εἰ γὰρ κατ' . .* in Magn. Mor. non memoratur *ὁ εὐδαίμων*, sed solus *αὐτάρκης*, noster Nicom. sequitur. 6. *εὖ φρονούντων*] *εὐφραϊνόντων* Sylb. facilius *εὐφραϊνόντων*. 7. *οὗτος*] scrib. *αὐτὸς* et cum *P* pone *αὐτῷ ἰκανός*. 9. *οὐδ' ἔσται αὐτῷ οὔτε μηθὲν δεοπτόν*] corruptissima, om. Aretinus, quorum sensum cum iam praecedat *οὐδενὸς προσδεόμενος* non perspicio; itaque rem tene, verba sequentur.

13. *δεῖ*] corrige *ἀεὶ*. 14. *ἀλλὰ καὶ εἰς*] inserendum fort. *τῶν*.

16. ἀλλ' ὅ] *puto ἀλλὰ*. 20. *τε μάλιστα*] *ita codd. Aldus. transposuit τε Isingr. aliud latet, v. c. ὅτε, vel ὅτι τότε, εἴ γε, et supra fort. melius ἀμείνω τε*. 23. *διὰ τὴν παραβολήν*] *scil. τοῦ θεοῦ v. 8*. 26. *τὸ αὐτὸ ἀισθάνεσθαι*] *scrib. αὐτοῦ item τὸ αὐτὸν γνωρίζειν Nic. IX, 9*.

28. *διατιθέναι*] *scrib. δεῖ τιθέναι*. 32. *fort. τῷ δ' ὅμοιον τὸ ζῆν* *vel τὸ δ' ὅμοιον τῷ*. 33. *nonne concludit, ut sit scrib. εὐλόγως δὴ τὸ, item aegre desidero καὶ αὐτὸν γνωρίζειν*. 34. *συνθεῖναι*] *imo συνεῖναι, tum καὶ ante αἰρετόν delendum*. 36. *αὐτὸ τοῖς*] *num αὐτοῖς?* *sed omnia obscura, quae hic et paginae sequentis initio leguntur*.

p. 1245, 5. *scrib. καθ' αὐτοῖς*. 6. ἦ h. l. *dixit ut Nic. supra semper καὶ*. 18. *διδάσκοντος δ' οὐ φίλος· ἦ δ' ὁμοιότης φιλία*] *puto ἦ γὰρ*. 29. *ἐνθεν*] *nonne ἐντεῦθεν?* 30. *οὗτος*] *in Magn. Mor. II, 15 ἄλλος φίλος ἐγώ*. 34. *scrib. οὐθέν τι*. 36. *καὶ τὸ αὐτὸν πως γνωρίζειν*] *integrum redde locum καὶ (τὸ τὸν φίλον γνωρίζειν) τὸ αὐτὸν πως γνωρίζειν*. 37. *μὲν*] *exspectamus οἶον τὸ et pro ἡδὺ scrib. ἡδέα*. 38. *ἐκείνου*] *sensus flagitat ἐκείνω αὐτοῦ*. p. 1245 b, 4. *κοινωνίαν*] *scrib. κοινωνεῖν*. 15. *οἶον*] *scrib. οἶος, tum fort. ἀξιῶ, nempe ὁ λόγος*. 22. *πλείστους*] *scrib. πλείστοις*. 25. *δεῖ*] *ita iam Sylburg*. p. 1246, 4. *αἰρετόν πως*] *scrib. αἰρετώτερον*. 5. *ἐπειδὴ . . ποσὸν*] *scrib. ἐπεὶ δὲ . . πόσον . . ἅμα, ἡδη*. 6. *Fort. καὶ οἱ μὲν καὶ . . φιλικῶν [καὶ] ὥσπερ*.

7. *ἄν*] *scrib. ἅμα*. 12. *εἶναι*] *ἀπειναι Casaub.; ego conieci οὐ παρεῖναι, recte idem αὐτοῦς*. 18. *εἰ αὐτὸς*] *an εἶναι αὐτὸν? tum sic distingue ὥστε ὀπότερον ἂν τούτων ἢ μᾶλλον ἡδὺ, ποιεῖ τὴν vel ποιεῖν, deinde καὶ τοῦτ' ἐπὶ et sane Aretinus idque in deterioribus*. 22. *an ἀνάγκας . . κακῶν?*

VII, 13. p. 1246, 26. De his postremis capitibus 13—15 in commentatione acad. p. 98—115 exposuimus; ibi quae sunt ommissa aut fortasse minus recte dicta, hic addam. 27. *ἦ αὐτὸ ἡδὺ*] *fort. ἦ αὐτὸ (καθ' αὐτὸ) ἦ*. 28. *οἶον ἦ ὀφθαλμὸς*] *fort. οἶον εἰ ὁ ὀφθαλμὸς, conf. hist. anim. X, 1, init.* 32. *Fort. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπιστήμη· καὶ γὰρ ἀληθῶς (ἐστὶν αὐτῇ χρῆσθαι) καὶ ἀμαρτεῖν*. p. 1246 b, 4. *ἀλλ' ἐπεὶ φρόνησις*] *sic distingue: ἀλλ' εἰ φρόνησις ἐπιστήμη (vel articulo addito ἦ ἐπιστήμη, non quod ego conieci εἰ ἦ φρόνησις ἐπιστήμη) καὶ ἀληθές τι, τὸ αὐτὸ ποιήσει κακείνη . .* 8. *ἐπὶ μὲν οὖν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις*] *offendit dative*. 10. *ἦ νοῦς*] *om. P, legentis est coniectura e margine textui*

inserta. 11. *χρηται γὰρ αὐτῆ· ἢ γὰρ τοῦ ἀρχοντος ἀρετῇ τῆ τοῦ ἀρχομένου χρηται]* exemplum ostendere videtur scriptum fuisse *χρηται γὰρ (αὐτῆ) αὐτῆ*. 15. quid in lacuna lateat, nescio; sensus nil praeter hoc requirere videtur: *ἀλλ' εἰ δὴ . . λογιεῖται τὰναντία (τῷ λογιστικῷ), δῆλον ὅτι καὶ ἂν . . ἐν τῷ ἀλόγῳ ἄγνοια ἦ . .* 17. *δικαιοσύνη καὶ δικαίως]* conicias *δικαίω*, at *καὶ* Bekkerus scripsit pro *τὸ*. neque quod sequitur *κακῶς* sic nude stare potest; fort. scrib. *ὥστε ἔσται τὸ δικαιοσύνη ἀδίκως χρησθαι καὶ (ἀρετῆ) κακῶς καὶ φρονήσει ἀφρόνως*. 19. *εἰ τῆς μὲν . . ἀρετῆς]* accusativum reposui, sed potius *ἐνούσης* excidisse puto, quod item v. 21 recurrit. 25. *ἢ ἀπὸ ἀγνοίας φρονίμως]* num verbum ex praecedentibus rite intelligi potest? requirimus enim *τὸ ἀπὸ ἀγνοίας φρονίμως (πράττειν)*, nec minus offendit v. 26 *ἀπὸ ἀγνοίας χρησθαι φρονίμως* absolute dictum pro *πράττειν*, num fuit *χρησθαι (φρονήσει) φρονίμως?* 27. *ὥσπερ τὴν . . γραμματικὴν στρέφει ἀκολασία]* imo non vertit, *οὐ στρέφει*. non sufficit, si scripseris *ὡς περὶ τὴν*. 28. *ἀλλ' οὖν ὁ]* corrupta sunt; infinitivus dependet ex vocabulo quod in his latet, v. c. *ἄλογον οὖν* vel quidquid inest, sed ne sic quidem, quomodo sententia procedat, ut inde ea quae sub finem sequuntur, evadant perspicuo.

VII, 14. p. 1247, 15. *ἔστι δὲ φανερόν ὄντες ἄφρονες]* recte *ἔτι* ex *P* et vet. transl. praetuli, sed male *φανεροὶ* scripsi; sanum est vocabulum. v. 4 *ἄφρονες γὰρ ὄντες κατορθοῦσι πολλά*, et v. 12 *ὅτι μὲν γὰρ οὐ φρονήσει κατορθοῦσι δῆλον*. iam perguit autor *ἔτι δὲ φανερόν, (ὅτι) ὄντες ἄφρονες, οὐχ ὅτι περὶ ἄλλα . . ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν οἷς εὐτυχοῦσιν ἄφρονες*. intelligendum est verbum *κατορθοῦσιν*. — supra v. 5 interpres: multo magis et fortuna inerit, i. e. *πολὺ μᾶλλον καὶ τύχη*. 33. *εἰ μὲν οὖν τύχης εἶναι δοκεῖ]* apodosin in *ἔτι εἰ* quae sanissima sunt, frustra quaesivi; vitium potius hic latet et scribendum *εὖ* pro *εἰ*. In iis quae sequuntur infinitivus me offendit et genitivus *τοῦ αὐτοῦ*. melius ni fallor transpositis verbis procedit sententia: *οὐκ ἂν (εἴη) τοιοῦτον οἶον . . πολὺ εἶναι τὸ αἴτιον*. p. 1247 b, 4. *εἰ δ' ὅλως ἐξαιρετέον καὶ οὐδὲν ἀπὸ τύχης φατέον γίνεσθαι]* notandum *οὐδὲν*, non *μικρὸν* dictum esse; at recte factum, nam *καὶ* deleto apodosi est. 10. *διὰ τί οὐ καὶ πάλιν ἂν, διὰ τὸ ἀποκαθορῶσαι καὶ πάλιν; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτ' αἴτιον.]* conieci *πάλιν αὖ* et delenda esse *διὰ τὸ*, sed alia interpres: propter quid non et iterum. *Sed* propter idem dirigere *unum* et iterum; eiusdem enim

eadem causa. egregie postrema τοῦ γὰρ αὐτοῦ ταῦτόν αἴτιον; priora non perspicio. num illud ἀπαξ λεγόμενον item atque κατορθῶσαι nec contrarium potius ut ἀποτυγχάνειν significat? 32. εἰ ἐβούλοντο ἂν ἢ ἔλαττον ἔλαβον τὰγαθόν] scrib. εἰ ἐβουλεύσαντο καὶ ἔλαττον ἔλαβον ἀγαθόν. paulo antea v. 31 ἐν ἐκείνοις egregie explet v. tr. *in illis in quibus.*

p. 1248, 6. ἴδει τὸ λογισμὸς] locus non integer sic supplendus et expediendus. aderat exemplum superioris ὁρμῆς, inferioris λογισμοῦ, sequitur iam contrarium παρὰ τὴν ὁρμὴν b, 5. inest enim minimum ὁρμῆς, multum λογισμοῦ, non τοῦ ἀνθρώπινου, sed ἡμιθίου, nam sic est οὐ πάνπαν ἀλόγιστον et φυσικὴ vincitur ἐπιθυμία. quae res si feliciter evadit, est εὐτυχία. 22. τί οὖν ἄλλο πλὴν τύχης; ὥστ' ἀπὸ τύχης ἅπαντα ἔσται, εἰ ἔστι τις ἀρχὴ ἣς οὐκ ἔστιν ἄλλη ἕξω. αὕτη δὲ διὰ τί τοιαύτη τὸ εἶναι τὸ τοῦτο δύνασθαι ποιεῖν] haec sensum non praebent; hoc dicit autor: summum unde omnia oriuntur est τύχη, nisi aliud principium summum est, primum movens, cuius officium hoc ipsum est, ut omnia moveat. sententia igitur requirit negationem εἰ μὴ ἔστι τις ἀρχὴ, nisi interrogationem inferes facilius sic ἢ ἔστι τις ἀρχὴ . . .; idque interpres invenit in libro suo: igitur a fortuna omnia sunt (ἔστιν) aut est aliquid principium, cuius non est aliud extra, quod tamen tale secundum esse tale potest facere, is vertit quod aptum praebet sensum: αὕτη δὲ τοιαύτη τῷ εἶναι τοιοῦτο δύναται ποιεῖν.

II.

ΜΕΓΑΛΩΝ ΗΘΙΚΩΝ.

I, 1. p. 1181. Conferenda est vetusta translatio, quae meliorem fontem codicis *K* sequitur; inferioris generis est *M* multum ab illo distans, quem saepius Bekkerus secutus est. [cod. lat. Monac. CCCVI vetustam translationem Nicom. Polit. Rhet. Magn. Mor. continens exiguis litteris correptisque syllabis exaratus est, ut lippo vix unum alterumve locum evolvere contingeret.] Codices *μεγάλων νικομαχείων*. vide quae in dissertatione exposui. Recte iam Jos. Scaliger: *οὐκ ἔστιν Ἀριστοτέλους ἀλλ' ἐκ τῶν ἀριστοτέλους*. Scaliger multa ut par erat correxit quae eadem eadem ratione emendaveram, at multo plura sunt falsa et inutilia, quaedam solus invenit quae equidem non detexi. v. 26. *οὐκ ἄλλης ἢ τῆς πολιτικῆς*] mira attractio pro *ἄλλου*, et in hoc parum accurato scriptore fortasse ferenda. *M* *ἄλλως ἢ τῶν πολιτικῶν*, unde *ἄλλων* reponendum, sequitur enim statim *ἐν τοῖς πολιτικοῖς*, sed incertae fidei iste liber est. *δοκεῖ*] Bekk. ex *M*, ceteri *δόξειεν* idque addito *ἄν* placet.

p. 1181 b, 25. *σπουδαῖος*] scrib. *σπουδαῖον* idque marg. Isingr.

28. *δοκεῖ ἄν μοι*] mire *ἄν* hic positum, sed noster abutitur hac particula; vel potius in vulgata apparet hoc lectione ut paulo post p. 1282, *πῶς δὲ ἄν* v. 7 *πῶς ἄν*, ubi tacite Bekk. *ἔσται*. item p. 1190, 26 vulg. *ἄν*, melius Bekk. *ἔσται*. p. 1182, 7. *μὲν οὖν*] non convenit cum iis quae praecedunt et om. *M* *μὲν*, *K* *οὖν*, scribendum *μέντοι*. *εἰδῆσαι*] v. 5 et 8 posterioris aetatis forma. quaere quae in Arist. leguntur exempla. 11. *Πυθαγόρας*] nunquam hunc laudat Aristoteles, semper

leguntur *Πυθαγόρειοι* cf. Brandis *Gesch. der Philos.* I, 435. res sumpta ex Nic. I, 4. V. 5. Eudem. 15. *Σωκράτην*] ex Eud. I, 5. cf. Nic. VI fine. 17. *τοῦτο δ' ἐστὶν εἶναι ἀδύνατον*] *εἶναι* delet Scalig. et ipse antequam videram eius exemplum, idem feci; certe graeci ita non dicunt, collocandumque erat *τοῦτο δὲ εἶναι ἐστὶν ἀδύνατον* [hoc autem esse est impossibile v. tr.] 25. *ἐκάστου ἀρετᾶς*] articulus abesse nequit, sed malim *ἐκάστῳ τὰς* dativum etiam Sylb. coniecit. *τί δεῖ αὐτοὺς λέγειν*] non ut *Ἀριστοτέλης*, sed ut *ἀριστελιζῶν* hoc dicit. p. 1182 b, v. 2. *ἀγαθοῦ. ὑπὲρ ἀγαθοῦ*] parum accurate locutus est; debebat *βελτίστου* dicere, neque tamen hoc neque *τᾶγαθοῦ* scripsit. 4. *τοῦ θεῶν ἀγαθοῦ*] scrib. *θεῶν*. res ex Eudem. I, 7. illud oppositio *τοῦ ἡμῶν ἀγαθοῦ* docet. 5. *ὑπὲρ τοῦ πολιτικοῦ ἄρα ἀγαθοῦ ἡμῶν λεγτέον*] *πολιτικοῦ* om. *K*, neque hic apte pro *τοῦ ἡμῶν* dictum est; tum *ἡμῶν ἀγαθοῦ M* quod sensus flagitat, nisi scripseris *ἀγαθοῦ τοῦ ἡμῶν*. vet. tr. de bono ergo quod nobis est dicendum. 17. *διὰ τί; ὅτι*] ad nauseam usque utitur hac phrasi oratoris instar. v. 32. p. 1183, 9. b. 11. 1187 b, 23, 39 *διὰ τί καὶ πόθεν; ὅτι*. 1203, 20 *διὰ τί; δι' οὐδέν ἢ ὅτι ἀρχὴ* 1206, 18. 20. *ὅ τι ἂν ἄλλο ἦ*] ante Bekkerum edd. *ἦν* quod Scaliger delevit. p. 1183, 8. haec ex Nic. I, 4. 11. *καὶ τινί*] delendum puto; explicat *τὸ πότε*, adiungit *τὸ πρὸς τι* statim addens v. 20 *καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας κατηγορίας*, hoc est, hae duae postremae erant categoriae neque aliud sequebatur. 22. *αὐτῆς*] *M* idque iam Sylb. coniecit pro *αὐτῆς*. 30. *δεῖν* prius cum Scalig. delevi. 32. *ὁ δὲ*] scrib. *δέ*. 34. *οὐχ*] Ald. et edd. *οὐ γὰρ*, quae cum ipso verbo *σκοπεῖ* Scal. delevit, sane alterutrum *οὐχ'* abundat, sed prius potius deleverim; at in ipso Aristotele repetitam legi negationem, *Rhet.* I, 3 exemplis firmavi. 38. conf. Nic. I, 4 pag. 1096 b, 35 seqq. p. 1183 b, 7. *διὸ οὐκ οἰκτίαν ἀρχὴν εἶναι τούτου τᾶγαθοῦ*] in *M* propter similiter cadens haec exciderunt; desideratur aliquid v. c. *εἶναι (λέγομεν τὴν) τούτου*. At quid denuo Socrates repetitus, supra iam p. 1182, 15 satis vituperatus. post Socratem Platonem aggressus est eiusque de ideis disciplinam inutilem esse docet. quid igitur Socrates? nulla ratione hoc disceptare possum. nam autorem haec ipsum dedisse, docet iam v. 11 formula *διὰ τί; ὅτι*. et argumentum sane novum est ex Eud. I, 5 s. fin. melius sane id supra additum esset, sed coniunctum ita numquam fuit.

I, 2, 19. vid. Nic. I, 12. additum quartum est *ὠφέλιμα* Stobaeo p. 286 quod hic est *σωστικόν*. 23. τὸ ἀρχαιότερον ἢ ἀρχή] at ἀρχή dicitur v. 23 δύναμις, Stobaeus τίμια μὲν οἶον θεὸν ἄρχοντα πατέρα. An igitur fuit τὸ ἄρχον vel ὁ ἄρχων? an sufficit prius τὸ ἀρχαιότερον.

29. ἂν δύνηται] scribe. δύναιτο id melius quam δύναται delete ἂν.

30. δυνάμει] imo δυνάμεις. 37. γυμνάσια ὑγείας] cf. Sylb. Stob. p. 288 ὠφέλιμα δὲ τὰ ποιητικὰ τούτων καὶ φυλακτικὰ οἶον ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ubi genitivum exspectamus, sed etiam acc. haud improbandus, ea quae efficiunt servant ὑγείαν καὶ εὐεξίαν. Ergo stare non potest quod in *M* καὶ ὑγεία. 37. sequitur eadem divisio in Stobaeo, sed corrupta p. 288 ἔτι δὲ τῶν [αἰρετῶν καὶ] ἀγαθῶν τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ εἶναι αἰρετὰ, τὰ δὲ δι' ἑτέρων, ubi illa delenda et ἕτερον reponendum. sed in exemplis ipsis variant; quae enim nostro sunt non πάντη καὶ πάντως αἰρετὰ, ille καθ' αὐτὰ αἰρετὰ dicit. p. 1184, 3. ἔτι καὶ ἄλλως] haec quoque definitio sequitur ap. Stob. 6. ἀπλῶς ἀεὶ καθόλου] inepte auget. 10. τῆς δικαιοσύνης] cf. Nic. VIII, 1. p. 1156, 26. 16. συναριθμουμένου] difficile explanatu ubicunque hoc dicitur. 21. ἔσται] ἐστίν scribe. οἶον] exemplum dat ὑγεινὰ καὶ ὑγείαν, cum posterius iam sit βέλτιστον, unde fort. οἶον εἴ τις τὰ . . σκοποῖ, τί. 24. καὶ αὐτὸ αὐτοῦ βέλτιστον] scribe. βέλτιον ut v. 21. 24. οὐ δὴ ἴσως] fort. οὐδ' ἴσως. 27. locus corruptus; delet Scaliger εἰ τοῦτ' ἐστὶ βέλτιον at ne tum quidem sensus evadit; quaerit an mente tantum conceptum sit neque re vera existat: ob es abstract für sich bestehe. Neque Bekkeri suspicio τούτων pro τοῦτ' sufficit; pro ἐξ ὧν ἀγαθῶν legendum videtur; ὃ ἐξ ἀγαθῶν . . εἰ τούτων ἐστὶ βέλτιον. deinde *M* v. 28 χωριστὸν ὑφ' ὧν ἦ. at tum stare nequit v. 25 χωρὶς αὐτοῦ, putes εἰ χωριστὸν αὐτὸ, sed dubia illius codicis fides. 35. ἀλλ' ἴσως οὐχ] offendit ἀλλ' malim ἴσως οὐδ'.

38. τὸ οὕτως ἄριστον] id est quod hac tertia ratione exquiritur.

I, 3, p. 1184 b, 1. ἄλλην διαίρεσιν] alia inserta quae nostro est neglecta, eadem Stob. p. 290. 3. ἐπὶ πλοῦτος] nonne οἶον inserendum? sed om. etiam Stobaeus. 5. τὰ δ' ἐν ψυχῇ διώρισται ἀγαθὰ εἰς τρία, εἰς φρόνησιν, εἰς ἀρετὴν καὶ ἡδονήν] nescio qui ita dividerit, sed haec tria inter alia ap. Stob. nominantur. 11. ὑπεως] ἐστίν ἢ ὕρασις addit *M* ex interpretatione. 19. ἀλλὰ τήν] nonne ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τήν?

21. ποιητικῇ] εὖ ποιητέον *M* scribe. εὖ ποιητικῇ.

I, 4, 25. τοῦτο ποιεῖ οὐ ἐστὶν ἀρετὴ] add. εὖ, sive εὖ ποιεῖ οὐ vel facilius ποιεῖ εὖ οὐ. ἢ δὲ ψυχὴ καὶ τᾶλλα μὲν ψυχῇ δὲ ζῶμεν] haec corrupta, neque varietas est nisi quod *M* alterum δὲ om. An fuit ἀλλὰ μὴν ψυχῇ ζῶμεν ceteris deletis, melius non exquiro. 34. locus litura sanandus ἔστι δὲ [ἡ] ἐνέργεια καὶ [ἡ] χρῆσις αὐτῆς [τῶν ἀρετῶν].

37. lege ex *M* et distingue: καὶ αὕτη τέλος καὶ τέλειον τέλος, ἐνεργεῖα ζῶντες. p. 1185, 8, ἐν χρόνῳ τελείῳ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ] dele alterum ἐν. 27. εἰ δ' ἄρ' ἔστιν, οὐκ ἔστι ταύτης ἐνέργεια] at modo dixerat v. 24 εἰ γὰρ ἔστι, δῆλον ὅτι καὶ ταύτη δεήσει ἐνεργεῖν, nescio quomodo haec cohaereant. p. 1185 b, 9. κατὰ δὲ τὰς τοῦ τὸν λόγον ἔχοντος οὐδεὶς ἐπαινεῖται· οὔτε γὰρ ὅτι σοφὸς οὐδεὶς ἐπαινεῖται κτλ.] at contrarium his in Eudem. p. 1220, 5. Nicom. I fine legitur. ceterum articulus τὸν delendus, quamvis *K* etiam v. 13 eundem praebeat, supra vero v. 4 εἴς τε τὸ λόγον ἔχον cum *M* scribendum est. 15. ἡθικῶν] scribendum esse αἰσθησέων ex Stobaeo p. 294 in commentatione confirmavimus p. 78. Nicom. II, 1 ὑπερ ἐπὶ τῶν αἰσθησέων δῆλον. 26. οὔτε ὁ φοβούμενος πάντα οὔτε ὁ μηθὲν] scrib. ὁ οὔτε φ. π. οὔτε μηθὲν, nam sententia affirmativa danda est. 27. οἱ λίαν φόβοι καὶ πάντες] num παντός?

I, 8, p. 1186, 36. de re vide Nicom. II, 6, Eud. II, 3, 1221 b, 18. locum sic fere distingue et redde: οἶον μοιχεία, καὶ ὁ μοιχὸς οὐκ ἔστιν . . . κατ' ἀκολασίαν, (καὶ αὐτὸ) καὶ ὁ ἐν ἐλλείψει καὶ ὁ ἐν ὑπερβολῇ τὸ ψεκτὸν ἔχει [Rassow Emend. Aristot. 1861 sic explet . . . κατ' ἀκολασίαν ἢ καὶ ὁ ἐν ἐλλείψει καὶ ὁ ἐν ὑπερβολῇ (οὔτε ἐν ἐλλείψει οὔτε ἐν ὑπερβολῇ) τὸ ψεκτὸν ἔχει.]

I, 9, 1186 b, 14. vitiosum ἀνελευθερίους et ἀνελευθερίοι ante Bekkerum Scaliger correxit. idem in eodem capite 1187, 16 διὰ τί γὰρ ὁ νομοθέτης οὐκ ἐᾷ τὰ φαῦλα πράττειν, τὰ δὲ καλὰ καὶ σπουδαῖα κελεύει; καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς φαύλοις ζημίαν τάττει, ἀν πράττη, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς, ἀν μὴ πράττη; negationem οὐκ (debebat οὐ) post καλοῖς inseruit, sed sententia proba est.

I, 11, p. 1187 b, 8. ἀνθρώπων] ἀνθρώπου Scalig. cf. p. 1191 b, 18.

I, 12, v. 38. ἐξουσίος ἐστὶν ἢ ἀκούσιος] non male *M* ἐξούσιον . . . ἀκούσιον quamvis id factum credas quum sequentia τὸ μὲν οὖν ἀκούσιον in h. libro desint, ergo homoioteleuto illud evenerit. at etiam infra p. 1188, 27 βούλησις . . . εἰ ἐστὶν ἐξούσιον, item v. 32. 35.

I, 17, p. 1189 b, 25. *πρακτικοῖς*] scrib. *πρακτοῖς* item v. 26.

I, 18, p. 1190, 4. *ἀλλ' ἤδη τὰ πρὸς τὸ τέλος*] Scalig. *ἀλλὰ δὴ*, item p. 1189 b, 14 *ἀλλ' ἐν οἷς δὴ* pro *ἤδη*, nescio qua ratione quum aptissimum *ἤδη* sit *ἀλλ' ἤδη* 1191 b, 12, 1192, 20. Coniicias potius *ἤδη περὶ τὰ*, sed ex superiore *οὐ περὶ τὰ τέλη* praepositio hic repetenda est.

17. *σκοπὸν πρὸς τὸ τέλος . . ἢ τὸ πρὸς τὸ τέλος*] vulg. *σκοπὸν εἰς τὸ*, imo neutra particula locum habet, et nude scrib. *σκοπὸν τὸ τέλος* ut ex Nic. aperte constat, et sic construe *αὐτῆς τὸν σκοπὸν εἶναι, μᾶλλον τὸ τέλος ὁρθῶς προθεῖσθαι ἢ τὸ πρὸς*. 20. haec corrupta et lacuna subesse videtur. primum offendit positio verborum *ποιητικὸν καὶ προθετικὸν*, nam praecedit propositio, sequitur expositio, ergo mutare debent locum haec verba, et ita *M* in quo *ἐκαστον γὰρ καὶ προθετικὸν καὶ ποιητικὸν*. at de qua re haec dicuntur? non de virtute, ut sit scribendum *ἐκάστου* vel *ἐκάστων . . προθετικῆ καὶ ποιητικῆ*? nam de hac dicitur conclusio *οὐθὲν οὖν βέλτιον τῆς ἀρετῆς ἐστίν*. non video vero quomodo hoc lateat in verbis *ἐν οἷς ἡ ἀρχὴ τοῦ βελτίστου ἐστίν*, non placet *ἐν ἡ ἡ . . ἐκάστου γὰρ*. etiam seqq. 23 non conveniunt, certe non intelligo; Scaliger locum transpositione et litura sic tentavit: *καὶ εἰς ταύτην ἐστίν ἡ ἀρχή, τὸ δὲ τέλος ἀρχῆ ἔοικε καὶ τούτου ἐνεκεν μᾶλλον τὰ εἰς τοῦτ' ἐστίν, ὥστε δῆλον*. 26. *ἔσται*] vulg. *ἂν*. imo *ἐστίν*. *δῆλον ὡς . . ὅτι*] delet Scal. *ὡς*, male, frequens enim est haec repetitio.

I, 19, 33. *παντελῶς*] *πᾶν τέλος M*, *περὶ πᾶν τέλος* Scaliger delete verbo *προθεῖσθαι*, quo non opus est. 34. *ἂν τις εἴποι*] *εἴποι τις ἂν* Scal. sed intactum reliquit supra p. 1185, 23, vid. Schaef. ad Demosth.

τὴν ἐνέργειαν κρείττονα εἶναι ἢ τὴν ἀρετὴν αὐτὴν] at nusquam hoc dixit, neque dicere potuit, cum *ἀρετὴ* ipsa sit *ἐνέργεια*. requirit sententia *ἢ τὴν ἔξιν* quod in *M* exstat. at *αὐτὴν* vel ut *M* *τὴν αὐτὴν* minus quadrat, quadrat vero optime voci *ἀρετῆ*. iam Eudem. II fine pag. 1228, 13 *καίτοι αἰρετώτερον ἢ ἐνέργεια τῆς ἀρετῆς*. vides igitur istum librum *M* emendatricem manum esse perpressum, insunt tamen et quae rite sunt emendata.

I, 20, p. 1190 b, 9. eundum virtutum XII ordinem sequitur autor ap. Stob. Eclog. Eth. p. 318. 13. *μόνον*] scrib. *νόσον* ex Nic. II, 9.

24. *οἶδασι*] posteriorem prodit aetatem. 31. *οὐ φαμεν οὐδ' ἐροῦσιν*] ineptum, sed vix auctoris culpa. p. 1191, 14. *ἔτι καὶ ἄλλως εἰσὶν*]

quidni et hic ἄλλοι, ut supra v. 35. 17. τὸν ὁποιοῦν ἀνδρεῖον] puto ὁποῖος οὖν ἀνδρεῖος, sed fort. sufficit τὸν ποῖον οὖν ἀνδρεῖον.

27. deest ἄν.

I; 22. p. 1191 b, 14. καὶ αὐτόν γε τὸν ἤδη αὐτοῦ τοῦ . . πράττοντα σώφρονα] deest structura, editiones ante Bekkerum non ἤδη, sed ἡ δι', unde Scaliger αὐτό γε τοι γῆ δὲ . . πράττων σώφρων, recte, nisi quod fort. melius καὶ ὁ αὐτὸ ἤδη αὐτοῦ. equidem χρῆ καλεῖν vel simile excidisse censui. Supra v. 8 Scaliger καὶ δὴ delet, conf. ad 1190, 4.

I, 25. p. 1192, 19. οὐδὲ δὴ . . χρηματιστικῇ] scrib. οὔτε δὴ . . χρηματιστικῆς, nam praecedat v. 17 οὔτε γὰρ.

I, 26, 24. καὶ μᾶλλον δὲ δὴ] *M* addit ὀρθῶς quod non intelligo ex sequenti versu illatum; fort. καὶ μάλιστα δὴ. 31. *M* προσηζόντων αὐτοῖς μειζόνων explicatio est verborum ἡ προσῆζον αὐτοῖς. 33. ἡ ἀξίος ἐστι] acute, sed non necessario ἦς Scal.

I, 27, 37. σαλακωνείας] res verum hoc esse docet et ita legit. schol. Plat. p. 409 Bkk. p. 1192 b, 1. ἄς τῷ πρόποντι γίγνεσθαι προσήκει] non esse potest ὁ πρόπων, sed τὸ πρόπον, cf. Eudem. III, 6. at ea quae sequuntur fuisse docent ἄς ἐν τῷ καιρῷ τῷ πρόποντι ut statim οὐ μὴ δεῖ in eo tempore quo non decet. v. 4 ἐν ᾧ μὴ δεῖ καιρῷ et v. 9 integrum ἐν τῷ καιρῷ τῷ πρόποντι. 2. ὡς ἂν γάμους τις ἐστιῶν] mirum repetitum τις, quod negligentia factum, et quid γάμους? Nic. IV, 6. p. 1123, 22 οἶον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἐστιῶν. sanum videtur nec γαμέτας corrigendum. 5. ὅς οὐ δεῖ μὴ μεγαλείως δαπανήσει] sequentia suadent transpositionem οὐ δεῖ μεγαλείως, μὴ δαπ. tum vero recte Casaub. ἡ τοῦτο μὲν ποιῶν . . μὴ ἀξίως δὲ. 9. οὔσα τοιαύτη οἶον λέγομεν] leg. οἶαν idque iam Scalig. in Tauchn. est οἶαν, unde? 14. ὡς οὔονται] Eudem. εἰ μὴ που κατὰ μεταφορὰν λέγεται. 15. μεγαλοπρεπῶς τ' ἐβάδισε] τ' abundat.

I, 28, 18. notandum φθονερία, idem ap. Stob. p. 318.

I, 29, 34. ὁ δὲ ἄρεσκος] malim τε, quod praecedat ὅ τε γὰρ αὐθάδης cf. p. 1193, 13.

I, 30. p. 1193, 5. ὁ πάντα καὶ πρὸς πάντας εὐλαβούμενος] πρὸς Bkk. ex *M* edidit, καὶ πάντως Scaliger, ex proverbio dictum puto πάντα καὶ πάντας.

I, 31, 16. μήτ' αὐτὸς ἄγροικος ὄν] αὐτὸς γὰρ ἄγρ. M quod non intelligo, neque αὐτὸς stare potest, puto μήτ' αὐτὸς ἄγροικος.

I, 33, 28. ἔστι δὴ περὶ λόγους] recte et ex more editiones ante Bekkerum δέ. etiam I, 34, 1193 b, 2 legitur ἔστι δὴ, ubi scribendum δέ, I, 23 ἔστιν οὖν, ceteris in locis semper ἔστι δέ.

I, 34. p. 1193 b, 1. εἰ λάβοιμεν] ita et Ald. nisi quod λάβοιμεν. nescio unde Tauchn. ἂν λάβοιμεν. Sed melius οὖν λάβοιμεν. tum scrib. ἔστι δέ vid. ad p. 1193, 28. [primo quidem igitur, si accipiamus quid est iustum, est autem duplex vet. tr.] 9. ὁ δίκαιος] scrib. τὸ δίκαιον nam hoc explicat v. 24, 35, sed p. 1194 b, 29 ἡ δικαιοσύνη καὶ ὁ δίκαιος. 13. ὄντα] delet Scaliger, non male, sed tamen servari potest. 23. οἴονται] nonne οἴον τε? 25. μισότης τις] dele τις, eadem definitionis verba ap. Stob. p. 318. 33. ἡ δικαιοσύνη ἐν δικαίῳ] hoc falsum; non enim ex iis quae dicta sunt sequitur; imò scribendum et hic ἡ δικ. καὶ τὸ δίκαιον ἐν ἴσῳ ut 24. 18. 12. 9. 35. at tum non quae sequuntur conveniunt, neque h. l. neque Nic. V, 6 solvere possum ut omnia satisfaciant. Litura sanes h. l. τὸ μὲν [δίκαιον ἐν τισι λέγεται δίκαιον, τὸ δ'] ἴσον τισιν ἴσον, τὸ δὲ μέσον τινῶν μέσον ut prius de persona πρὸς τινας, alterum de re ἐν τισιν intelligatur. 39. τὸν τὰ πολλὰ] et hic et in seqq. τὸν τὰ ὀλίγα dele τὰ. p. 1194, 4. Facile conicias οὕτως ὁ πολλὰ πρὸς τὸν ὀλίγα, ὡς δ' ὁ ὀλίγα πεπονηκῶς πρὸς τὸν τὰ . . πρὸς τὸν ὀλίγα. sed res et personae sunt distinguendae.

16. συνέχει δ' ἡ αὐτὴ ἀναλογία] δὴ αὕτη ἡ ἀναλογία scribendum.

27. εἴη τῇ ἕξει ὀρμηῆν] scrib. εἴη τις ἕξις ὀρμηῆν conf. Nic. p. 1134, 1.

32. ὁ οὐκ ἐστὶ] del. ὁ sed non sine causa sequitur τὸν ἐλεύθερον.

33. οὐκ ἔστι] imo οὐχ ἅπαξ ἔστι ut schol. Nic. certe sic vulgata stare nequit, ut illa notio semel ἅπαξ intelligatur neque addatur. [hoc dicit schol. Nic. fol. 67 b σαφέστερον εἶπεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν μεγάλων ἡθικῶν . . . εἰ γὰρ δοῦλος ἐλεύθερον ἐπληξεν. οὐχ ἅπαξ δεῖ τὸν δοῦλον ἀντιπληγῆναι ἀλλὰ καὶ πολλάκις. sic etiam vet. transl. non est iustum contra percuti semel sed multocicus. vertit itaque ἀντιπληγῆναι ἅπαξ ἀλλὰ num ex ingenio an ex libro hoc haustum est?] p. 1194 b, 15. ὑπ' αὐτοῦ] Bekk. ἀπ', desunt haec in Nicom. fort. delenda.

p. 1195, 1. μὴ εἰ . . οὐκ ἔστι] Scaliger μὴ δ' εἰ. sine causa, et cum praecedat ὡσαύτως vel parum apte, at quomodo μὴ esse potest pro

οὐκ? 22. οὐθένα] imo οὐ. ὥστε οὖν] alibi non inveni. 26. ἀδικήσει] scrib. ἀδικήσειεν. p. 1195 b, 34. ἀδικοίη] deest ἄν, sive post οὐδ' sive ante verbum, aut ἀδικεῖ scrib. optativus in conclusione est item p. 1196, 24.

I, 35. p. 1196 b, 6. τὸ μὲν οὕτως] μὲν γὰρ *M.* sed corr. μέντοι id quod verum, ex coniectura quidem ut vidimus in Eudemiis, sed hoc loco certa et vera. vers. 9 scrib. τὸ δὲ τοιοῦτον. 15. ἐστὶ δῆ] fort. ἔστω δῆ ut Nic. VI, 1 ὑποκείσθω de eadem divisione. 20. ὡσαύτως] hic dele ut cohaereant ὁσμὴ καὶ τὰς, tum vero v. 22 pro ὁμοίως δὲ lege ὡσαύτως. 35. ὑπὲρ ἀληθοῦς] scrib. τὰ ἀληθοῦς. p. 1197, 16. δ' ἦ] scrib. δῆ. 19. αὐτὸ τε] scrib. αὐτῆ vel αὐτῆ τις. 29. ταῦτα] ταῦτὰ melius est. p. 1197 b, 11. δ' ἦ] scrib. δῆ. 13. τῶ δυνατὸς βουλευέσθαι] deest εἶναι cf. p. 1199 b, 19. 27. ἐν τοῖς τοιοῦτοις τε καὶ περὶ ταῦτα] aut τούτοις aut τοιαῦτα. 33. ἐν τῶ αὐτῶ τυγχάνουσιν] imo add. ψυχῆς μορφίφ. 35. ψυχῆς] imo σοφίας, sed lacunam esse alibi indicavimus. p. 1198, 1. καθ' ἐκάστην] add. vel intellig. ἀρετήν, v. c. in σωφροσύνη est appetitus πρὸς τὰ σώφρονα. ἔστι] scrib. εἰς scil. ἀρεταί. 3. ἐπαινεται ἐπιγινόμεναι] quae natura sunt, non sunt laudabiles, sed si λόγος accedit tales fiunt. malim tamen γινόμεναι cf. v. 19 coniecti καὶ ἐπαινεται ut v. 22. 31. 15. οὐδ' οὕτως] malim οὗτοι. 25. recte *M.* καὶ ἐπαινεται. idem codex pro διὰ τὸ τῶν καλῶν πρακτικαί, quod additum εἶναι flagitat et Scaliger addidit, acutius διό τι praebet. [virtutes propter hoc quod bonorum operativae et laudabiles sunt vet. tr.] 31. αὐτῆ] scrib. αὐτή. p. 1198 b, 2. ὑπηρετικὸς] scrib. ὁ ὑπηρετής ut supra v. 35. [τοῦ αὐτοῦ τούτου οὐ ποιητικὸς καὶ ὁ ὑπηρετικὸς rectius Bonitz.] 6. αὐτῆ προστάξει] scrib. ἄν αὐτῆ προστάξῃ. 18. σχολὴν καὶ τὸ] melius σχολὴν τοῦ ποιεῖν.

II, 1. 30. τῶν] καὶ Casaubonus, fort. delendum, et verba transponenda ἐβούλετο μὲν, οὐκ ἠδυνήθη δὲ καθ' ἕκαστα διορίσαι, ὁ τοιοῦτος, de re conf. Rhet. I, 1.

II, 2, 37. καὶ γινώσκων om. *M.* non male, certe abesse possunt, additaque esse credas ut melius sententia procederet. [et agnoscens v. tr.] p. 1199, 1. ἔστι μὲν οὖν οὐκ ἄνευ ἐπιεικείας ἢ εὐγνωμοσύνης] at quomodo hoc sequitur ex iis quae praecedunt? contrarium potius exspectamus οὐκ ἄνευ εὐγνωμοσύνης, ἢ ἐπιείκεια. prius enim est κρίνειν,

deinde sequitur τὸ πράττειν. Tamen autorem ita verba posuisse dubitare licet. nam tum primum εὐγνωμοσύνην et deinde ἐπιείκειαν locasset; adde v. 5 de εὐβουλία quae dicuntur ἔστι δὲ οὐκ ἄνευ φρονήσεως· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις πρακτικὴ τούτων ἐστίν, ἡ δ' εὐβουλία ἕξις. nam hic contrarium dicendum erat. prior est ἕξις, deinde accedit πρακτόν. nescio igitur quid autor voluerit.

II, 3, 8. πρακτικοῖς] scrib. πρακτοῖς. 14. τὸ τῆ ἐντεύξει τὸ ἴσον ἐκάστω ἀποδιδόναι] v. 18 τὸ κατ' ἀξίαν ἐκάστω ἀποδιδόναι τὴν ἐντευξίν. mire variat, utrique loco idem reddendum esse videtur, an vult ἐν τῆ ἐντεύξει? 32. οὐδαμὲν] v. 35. recentiorem Aristotele prodit haec forma autorem. p. 1199 b, 1. οὖν] sic stare nequit, neque si distinxeris ante ὅτι, aut delendum aut γὰρ ponendum. 9. αὐτὸς ἑαυτῷ ποιήσει καὶ τοῖς φίλοις] quaere exempla dativi pro accusativo, num recentiores ita? an corrigendus est locus. sane accusat. in M. 30. πρὸς τὸ] ne quid faciat mali, male Scal. πρὸς τῷ. p. 1200, 1. δεῖν] quid hoc? deleas. ᾧ δ' ἐστὶν αἴρεσις] corr. ἐν ᾧ δ' ἐστὶ προαίρεσις vel ἐστὶν ἡ προαίρεσις, naturalis appetitus est in φυσικῇ ἀρετῇ, consilium vero in λόγῳ. ergo illud ἐν τῷ ἀλόγῳ. sensum pervertit quod Scaliger coniecit, ἐν τῷ ἀλόγῳ καὶ ἐν τῷ λόγον ἔχοντι. nam si recte emendavi priora, nullus τῷ ἀλόγῳ est locus, et delenda sunt verba λόγῳ καὶ τῷ nisi ex abundantia addita esse credas cf. v. 6. de re plura in commentatione congesimus. 2. ὥστε τὸ] scrib. ὥστ' εἰ τὸ. 6. ἦ] delendum. 11. ἀπορίσεται] cur futur.? imo ἀπορεῖται vel ἀπορήσειεν ἂν τις quod praestat.

17. μεγέθους] cur hoc? an pro βώμης? non puto, imo translatum ex v. 21 nam de bonorum magnitudine loquitur ut v. 33. 19. ἢ οὐ; φησὶν] scrib. ἢ οὐ; οὐ, φησὶν. sequitur obiectio. 21. ὥστε δῆλον ὅτι φησὶν] φησὶν negligenter insertum, et M φανερόν at id ineptum h. l. aptius v. 32 collocandum μεσότης, φανερόν ὥστ' ibi enim flagitari videtur. 22. τῆς δὲ τιμῆς] scrib. γὰρ. 29. οὔτε δὲ τιμῆ οὔτε ἀρχῆ] M δ' ἡ . . ἡ. scribe οὔτε δὲ ἡ . . οὔτε ἡ ἀρχῆ. 32. ὥστ'] num φανερόν addendum? vid. ad v. 21 at quis dixit φανερόν ὥστε pro ὅτι? vide ne ὥστε Aristotelio more apodosin incipiat.

II, 4, 37. ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία αὐταὶ εἰσὶν ἄτοποι] prius καὶ om. M, scrib. ὥσπερ δὲ εἰ ἀρετὴ καὶ κακία, αὐταὶ vel κακία αὐταὶ, ἐστὶν ἄτοπον. p. 1200 b, 8. ἔστι δὲ ἡ] malim ἔστι δὲ ἡ.

15. βέλτιον] βέλτιστον scrib.

II, 6, 37. ἐναντιοῦται τῷ μὴ εἶναι ἐπιστήμην] cui obstat? ei quod in quaestione dictum, πότερον ὁ ἀκρατῆς ἐπιστήμην τινα ἔχει. apparet eum ἐπιστήμην μὴ ἔχειν, vel αὐτῷ μὴ εἶναι. excidisse aliquid videtur ἐναντιοῦται . . . αὐτῷ μὴ et constare vel demonstrari ei non inesse, nisi μὴ deleas ἐναντιοῦται τῷ εἶναι. p. 1201, 14. σφοδρὰς μὴ ἔξει] dele μὴ,

nam temperans non habet ἐπιθυμίας, aut certe non σφοδρὰς cf. p. 1203 b, 20. 1146, 9. 15. οὐ γὰρ σώφρων] corrige ὁ γὰρ ex M.

p. 1201 b, 2. οὐν] om. M haud male. 7. δόξας ἔχουσι] Bekk. ex K ut videtur, ipse ἡ δόξα τοῖς conicit. ἐχούσης τὸ M, item sed etiam δόξης editiones ante Bekk. conf. Nic. VII, 4, 1166, 29. subiectum est ex praecedentibus ἡ δόξα, et articulus τοῖς abesse potest. 8. ἔχει] scrib. εἶχε vel propter ἐδόκει. 9. οὐθὲν δὴ ἄτοπον] imo οὐθὲν δ' ἄτοπον.

25. ἔφαμεν] non mirum, si autor noster eadem ratione qua Ethica, etiam Logica tractaverit. 26. πρῶτην] imo προτέραν. 32. δεest ἐπίσταται. p. 1202, 6. πάλιν] delendum. 21. τίλλοντες τὰς τριγὰς διατρῶγουσιν] ex Nic. p. 1148 b, 15 οἶον τριγῶν τίσεις καὶ ὀνύχων τρώξεις. ergo noster ὀνύχων non legit. male puto. p. 1202 b, 23. Ψεκτὴ γε]

nescio quid sit γε h. l. p. 1203, 8. ὁ γὰρ] imo ἀλλ' ὁ nisi verbum φαίνεται vel simile addideris. 10. ὡστ' ἂν] alibi ἂν sic non initio positum inveni. 13. ὄσφ γε ὁ τιμιώτερον] scrib. pro ᾧ τὸ τιμιώτατον, sed sensu carent verba καὶ τὰ κατὰ ταῦτα. alterum membrum excidisse videtur, quod ἀκρατῆ describit; sed facilius ita locum adiuvem: ἀλλὰ πότερος διάκειται χεῖρον ἢ τὰ κακὰ ταῦτα; scil. ἀκολασία et ἀκρασία.

tum sic perge: ἢ δῆλον ὅτι ἐκεῖνος ᾧ μηδὲν ἀγαθόν τι ὑπάρχει καὶ ᾧ τὸ τιμιώτατον κακῶς διάκειται. haec enim duo deinde excutiuntur. 23. κλέαρχος] M add. ἢ Εὐμάνθης latet incerti tyranni nomen. si certum est addidamentum [in vet. tr. non apparet: quam dyons aut phalaris aut clearchas aut alius horum malorum]. 28. διὸ] καὶ add. M. 30. προτρεπτικὴ τις] corr. προπετής τις vid. p. 1150 b, 19—28 ἀκρασίας δὲ τὸ μὲν προπέτεια τὸ δὲ ἀσθένεια. 1151, 1. 1152, 18. p. 1203 b, 1. καὶ μελαγχολικοῖς] Nic. μάλιστα δ' οἱ ὀξεῖς καὶ μελαγχολικοὶ τὴν προπετῆ ἀκρασίαν εἰσὶν ἀκρατεῖς. ergo contrarium ei quod noster dicit, monuit iam Zell p. 290. item obstant Nic. p. 1152, 19. 28. Num igitur transponenda haec verba et post εὐφρέειν

ponenda, an noster Aristotelem corrigere voluit? 9. *λάσαιτο*] ita Bekkerus ex coniectura, idem Scaliger, nisi quod hic calami lapsu *έασαίτο* scripsit. 15. *ὁ τοιοῦτος ἂν οἶος . . τοιοῦτος εἶναι οἶος εἰ ἐγγένοιτο κατέχειν*] quis unquam tam inepte scripsit? 17. *μη]* scrib. *μήτε*, tum *τόν τε* recte Bekkerus, ceteri δέ; certe *μή . . τε* vix in hoc autore ferendum, alias praeferrem vulgatam. 18. *τόν περι ταῦτα*] item v. 19 utroque loco reponere *ταύτας*, scil. *ἐπιθυμίας*. 22. *πάσχειν*] id falsum, aut *κρατεῖν*, aut *πάσχειν καὶ κρατεῖν*.

II, 7. p. 1204, 35. *δεύτερον δ' ὅτι εἰσὶ τινες φαῦλαι ἡδοναί*] at in expositione hoc tertium est argumentum. vid. p. 1205 *ἀλλὰ μετὰ τοῦτο οὐ πᾶσα φησὶν ἡδονὴ ἀγαθὸν* tum sequitur tertium quod nostro loco secundum v. 25 *ἀλλὰ δὴ καὶ διότι φαῦλαί εἰσιν ἡδοναί, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδόκει ἢ ἡδονὴ αὐτοῖς ἀγαθὸν εἶναι*. ergo illud excidisse videtur, sic fere: *δεύτερον δ' ὅτι οὐ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν. πάλιν ὅτι εἰσὶ τινες φαῦλαι ἡδοναί*. p. 1204 b, 1. deest argumentum quod infra exponitur pag. 1206, 25 *ἄλλος ἦν λόγος ὅτι οὐδεμία ποιεῖ ἐπιστήμη ἡδονήν*, cuius mentio hic desideratur; est vero idem quod in Nic. *τέχνη οὐδεμία ἡδονῆς* vid. comment. et fort. hic fuit *καὶ ὅτι ἡδονῆς οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη*. Quod vero postremum est hic argumentum, id in expositione praecedit, ut verba *καὶ ὅτι ἐμπόδιον . . ἀγαθὸν* versu primo post *πολύκοινον* fortasse sint ponenda; tamen hanc concinnitatem non ubique sequuntur autores. *καὶ ὅτι οὐ κράτιστον ἡδονή, τὸ δ' ἀγαθὸν κράτιστον*] reponere quod omnes dicunt, vix enim credas autorem negligentia usum de vulgari usu decessisse *οὐκ ἄριστον . . ἀγαθὸν ἄριστον*. in expositione infra recte ter legitur *ἄριστον*. p. 1205, 14. *ἐν τούτοις*] scrib. *ἐν τοῖς αὐτοῖς*. 21. *οὐ δύο*] imo *οὐδὲ δύο*. 23. *Ἰλιεῖ*] alii *Ἰλιεῖ*, *Μ νηλεῖ* et sane aliud nomen iure addere potest, sed vide ne *ἄλλω* fuerit quod praecessit.

p. 1205 b, 7. *ἡδιστον*] *ἴδιον Μ* recte. p. 1206, 1. *τὸ δ'*] vulg. *τοῦ δ'* non recte defendit Wanowski de cas. absol. p. 84. 25. *ἄλλος ἦν λόγος*] excidit supra; vid. ad p. 1204 b, 1. 31. *ἄλλως*] scrib. *ἄλλος* scil. *λόγος* quod praecedit. 36. *ἀπορήσειε δ' ἂν τις μεταβάς*] vid. comment. academ. p. 1206 b, 3. *φαῦλος· διὸ κακεῖνος*] optime Mielach *φαύλως διακείμενος*. 5. *λόγω φαύλω*] scrib. *λόγος φαύλως*.

II, 8, 38. *τούτου ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢ ὡσαύτως ποιητικῇ]* ridicule coniunguntur *ἀεὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ*. *M* corr. pro *ἢ* habet καὶ ὡσαύτως. locus ex Eudem. translatus pag. 1247, 30. *ἀλλὰ μὴν ἢ γε φύσις αἰτία ἢ τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἢ δὲ τύχη τούναντιον*. unde facile et hic reponas *τούτου ὡσαύτως ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιητικῇ* at p. 1207, 3 *ἀεὶ ὡσαύτως*, vel solo *ἢ* transposito *τούτου ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὡσαύτως*.

p. 1207, 4. *ἢ δὲ τύχη οὐ]* sane non apte cohaerent, nec male Scaliger *οὐ δὲ τύχη, οὐ*. 30. *τῶ]* τὸ Scaliger, non recte, non quod sit, sed qua re sit et fiat docet, et obstat sequens *ἐν τῶ*. p. 1207 b, 15. *ἐν αὐτῶ]* *ἐν αὐτῇ* recte Scaliger.

II, 9, 28. καὶ ἀγαθὰ] dele καὶ.

II, 10. p. 1208, 23. locus corruptus quem sanare nescio: *οὐδὲ γὰρ ὁ Ιατρὸς ἀλλ'*. 27. *τῶν γε τοιούτων αἰσθησιν, οὐκ ἔστιν]* libri *ἔτι*. sensus flagitat: *τῶν γε τοιούτων αἰσθητῶν αἰσθησις οὐκέτι ἔστιν*.

29. *ἐπὶ τῶν παθῶν τοῦ γνωρίζειν]* num *γνωρίζειν* cnm genitivo construitur?

II, 11. p. 1208 b, 30. *οὔτε ἀντιφιλεῖσθαι δέχεται οὔτε ὅλως τὸ φιλεῖν]* aegre articulo τὸ in priore membro caremus. p. 1210, 16. *εἰ θέλεις et ποιῆσαι* delet Scaliger, et sane melius haec abessent. 20. *πλεῖον]* scrib. *πλεῖστον* ex *M*, displicet vero *ἐπικρατήσαν* fine positum, neque *φθείρεσθαι* infinitivus ex priore *φασὶν* apte dependet; non male igitur Scaliger: *ἐπικρατήσαν φθείρει*. p. 1210 b, 21. *καὶ φιλεῖ διὰ τὸ τούτων ἢ τυγχάνειν ἢ οἶεσθαι τεύξεσθαι]* καὶ *φιλῶν δὴ τούτων ἢ τυγχάνει ἢ οἶεται τεύξεσθαι* Scaliger, sed nullam video causam qua vulgata mutetur. 36. Scaliger καὶ τῶ *εὖ ζῆν καὶ τῶ βούλεσθαι*.

II, 12. p. 1211 b, 36. *εὐνοοι]* scrib. *εὐνοί*. p. 1212, 4. *Δαρείῳ]* locus in scholiis Nicom. laudatur fol. 152 *καὶ γὰρ ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν ἄλλοις λέγει τῶ Δαρείῳ ἐν Περσίδι ὄντι καὶ μετὰ Περσῶν διατρίβοντι τινὲς τῶν ἐν Ἑλλάδι ὄντων καὶ τὸν Δαρεῖον οὐδέποτε θεασαμένων ἦσαν εὐνοί [τῶ Δαρείῳ] ἀγνωστοῦ τοῦτο Δαρείου*. 17. *ἐπεὶ περὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον]* Scaliger idem quod ego conieci *ἐπεὶ περὶ τι ἄλλο τοιοῦτον* quandoquidem tale, τὸ ὁμοιοεῖν in alia versatur re. scrib. *τὸ τοιοῦτον* scil. consentire in hac re, ut eadem sint litterae. 24. *πρακτικοῖς]*

scrib. *πρακτοῖς*, item v. 26. nescio cur *περὶ ἄρχοντος*. conf. Eudem. p. 1241, 31.

II, 13. p. 1212 b, 5. *τὰ δὲ συμφέροντα καὶ ἡδέα ἐκστήσεται*] Scaliger *κατὰ δὲ*, vitium intellexit, sed non sustulit. scrib. *τοῦ δὲ συμφέροντος καὶ ἡδέος*.

II, 15. p. 1213, 4. *ὁ ἄνθρωπος*] *ἀνθρώπῳ* Scaliger recte. 13. *ἄλλος φίλος ἐγὼ*] *φίλος ἄλλος ἐγὼ* Scaliger.

II, 16. p. 1213 b, 4. *δεῖ αἰὶ*] dele *αἰί*.

III.

P o l i t i k.

